

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Exercitatio Historico-Theologica De Religionis Evangelicae In Avgvstana Confessione, Dvobvs Abhinc
Secvlis Imperatori Carolo Vto Exhibita, Solstitio**

Sectio II, Capvt I : De Occasione Et Fatis Avgvstanæ Confessionis

Kiliae: Litteris Vidvae Nicolai Lüderi, [1731?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861921909>

Band (Druck)

Freier  Zugang



86

- Hydrogr. S. 2 Praktische
36.

Fa - 1092(88)

SECTIO II.

CAPVT I.

DE

OCCASIONE ET FATIS AV-
GVSTANAEC CONFESSIONIS.

Σύνοψις.

Caussae concinnandorum
fidei articulorum impel-
lentes, §. I.

Confessionum, queis se Wal-
denses, & Bohemi suis ad-
uersariis purgabant, enco-
mia, §. II.

Eorum exemplo Protestantes,
suam adorauisse colligun-
tur, ibid.

Praeuia, publicandorum arti-
culorum fidei, inter Pro-
testantes deliberatio, §. III.
Confessionis exhibitae auto-
res, tempus, & solemnis
eius in pacem religiosam re-
ceptio. ibid.

Variatae & inuariatae Confe-
ssionis discrimen, §. IV.

Aduersarii A. C. veteres, ma-

xime vero bodierni nota-
tur, §. V.

Variationum, quas BOSSVE-
TVS eidem adsingit, depulso,
§. VI.

A. Confessionis, in linguam
Graecam translatae, ad Pa-
triarcham E. P. missio, & re-
sponsa eius, ad Tubingenses
rescripta §. VII. VIII.

Doctrinae purioris, quam
Patriarcha cum primis in
dubium vocauit, declaratio,
§. IV.

Eiusdem, de A. C. mota Tubin-
gensibus, dubia, §. X.

Controuersiarum de fide insifi-
cante status, §. XI. XII.

Theologorum ecclesiae Refor-
matae de A. C. iudicia, §. XIII.

§. I.

Ad solemnem doctrinae suae confessionem exhiben-
dam variae caussae impulerunt status euangeli-
cos. Quarum praecipuae erant, vt mandato sa-
cratissimi imperatoris obsequerentur, & calumnias
aduersariorum, temere conflatas, refellerent. Namque
illico

23

2

4.

32

illico sub initium susceptae emendationis magno numero prodibant ex castris romanensium, qui LVTHERI doctrinam acriter impugnarent: erutis ex eius scriptis, quaecumque odiosa, & in pessimam accepta partem videri possent. Hicque veritatis euangelicae professi hostes, quum re & argumentis agere locus non videretur, vt progressum reformatiouis impedirent magis; sparserunt vndeque terrarum atrocissimas calumnias aduersus Lutheranos. Et plurimi profecto tum, vt erant talpis adhuc caeciores, quiduis sibi a sacrificulis persuaderi, proque thesauris carbones obtrudi patiebantur. Usque comprobatum est illud, quod HIERONYMUS in epist. ad Neapolitanum Presbyterum, nihil tam facile esse, inquit, quam vilem plebeculam & indostam concessionem linguae volubilitate decipere, quidquid non intelligit, plus miratur. quare & Lutherus ipse queritur Tom. V. Jenens. pag. 28. f. a. persuasos esse Hispanos, Lutheranos in Deum & sacrosanctam Trinitatem non credere: Christum mundi Salvatorem & Mariam virginem nibil facere: ita ut non dubient, si hominem Lutheranum occidant, maiorem se cultum Deo praestare; quam si Turcam e medio tollant. Ac rursus: fuisse Wittenbergae doctorem quandam ex Galliis missum, qui palam indicaret, regem suum persuasum esse, nullam apud Lutheranos esse ecclesiam, nullum magistratum, nullum coniugium: sed promiscue omnes pecudum more vivere pro arbitrio, in praeferat: articulorum Smalcaldicorum. Fueruntque interea viri principes, qui sibi omnino consultum ducerent, vt doctrinam Lutheri, non secus quam haeresin longe exticabilem, igni atque ferro exterminarent. Ipse imperator augustissimus non meliora doctus damnavit, LVTHERV M atque imperio proscripsit, vt auctorem schismatis, vt manifestum ac pertinacem haereticum, quin alias etiam omnes, qui quocumque modo sauerent, aut operam ei suam commodarent, aequa condemnauit, neque aliud postea anno 1529. Spirae, in conuentu, Turcicorum motuum & religionis caussa conuocato, egit, quam vt doctrinam Lutheri penitus extirparet. In eo enim, inter reliqua, sub poena procriptionis iubebat: Missam retinere, in religione nihil deinceps innouari, alia dogmata, de quibus forte disputari possit, non attingi, usque ad Concili-

23

lum &c. *) pag. 131. Cui decreto, quem status euangelici solemnem opponerent protestationem: Protestantum nomen iis haesit. Sed haec prosequi vberius huius loci non est. Interim res tempusque requirebant, vt fautores Lutheri sibi bene prospicerent, ac illa singula, quorum ab aduersa parte accusabantur, solide diluerent. Quod quidem commodius fieri non poterat, quam ut confessione edita, augustissimo imperatori innocentiam suam probarent. Ideoque contenderunt status euangelici in *praefat. A. C. ad Carol. V.* ut etiam conuentu in Caussa religionis, partium opiniones, ac sententiae inter se, in charitate, lenitate, & mansuetudine mutua audirentur coram, intelligerentur, & ponderarentur simul.

§. II.

Habebant autem pii Confessores, quorum exemplum imitarentur. Nam, ne nimis longe in superiora regrediamur tempora: Valdensium Albingensiumque, ac Bohemorum, confessiones iam ante suscepimus in Germania ecclesiae emendationem lucem publicam adspexerant. Illarum quidem exhibetur lugubris narratio de excidio Valdensium Albingensium apud Cl. Virum, IOACH. CAMERARIVM l. c. pag. 365. seqq. Fratres vero Bohemi, ut dicebantur, Confessionem suam aliquoties edere necessum habuerunt. Ac primum quidem omnium, capitibus certis comprehensam exhibuerant cuidam M. IOANNI ROKYZANO, & paullo post REGI GEORGIO, statim inter initia sua, cum admodum adhuc essent tenera, quam iterum aliae atque aliae luculentius scriptae excepérunt. Etenim regi LADISLAO secundo, rebus ita flagitantibus, duplē obtulerant doctrinæ sua Confessionem; unam sedulo breuitem, anno 1504. & alteram copiosiorem, anno tertio post: quae litteris expressae leguntur lingua latina aequa ac Bohemica. Quin & regi LVDOVICO LADISLAI filio breuem, anno 1524. exhibuerunt Confessio-

E fessio-

*) Observauit haec LVCAS OSIANDER, hist. ecclesiasticas Centuria XVI.
Cap. IX. & IO. SLEIDANVS, in Commentario de statu imperii sub CAROLO V, ad annum, 1521.

2

4.

32

fessionem. Neque silentio praetereundum est, eos specimen doctrinae suae sermone Germanico, anno 1522. in gratiam illustrissimi & optimi principis GEORGII, Marchionis Brandenburgensis, edidisse, quod Confessionis instar haberet; vel ideo memorandum, quod ipse beatus LUTHERUS eius alteram editionem anno proxime sequenti, nimurum M. D. XXXIII. Wittembergae excusam, praefatione instruxerit & albo, quod aiunt, notarit calculo, grauiter lectors obtestans, se cum esset papista, vere & ex animo istos Picardos Fratres odisse, magno zelo DEi & religionis, nullius omnino lucri aut gloriae studio. Nunc autem sibi non ita inuisos, ut ante erant in papistate sua. Offendisse enim in eis illud vnum & magnum miraculum, in ecclesia Papae pene inauditum: scilicet quod omisis hominum doctrinis quantum poterant, meditarentur in lege Domini die ac nocte, esseque eos in scripturis peritos & paratos, cum in Papatu ipsi magistri prorsus negligenter scripturas, quarum titulo iactabantur, nonnulli vero ex ipsis ne vidissent quidem Biblia sacra umquam. Neque vero existimandum est, pios Confessores nostros tunc primum, indicis comitiis Augusto-Vindelicanis, de adornanda confessione fuisse sollicitos. Namque biennio ante, nimurum anno, M. D. XXIX. quum GEORGIVS MARCHIO BRANDEBVRGENSIS, cuius paullo ante mentionem fecimus, reformationem in suo territorio suscipiendam, religionemque euangelicam introducendam sibi proponebat, conuentus quidam in oppido Suobach, paucis ab urbe Norimberga milliaribus, in quo cum senatu Norimbergensi ipse illustrissimus MARCHIO de certo modo procedendi transegit, habebatur. In eoque conuentu Suobacensi; theologi Brandenburgici & Norimbergici iam tum XVII. articulos doctrinae euangelicae vnanimi consensu, consignarant, quos Marchio Brandenburgicus postea ad Electorem Saxoniae, ad Landgrauium Hassiae, transmisit, theologis Vitembergensibus atque Marpurgensibus ad expendendum tradendos. Vtrum vero ab his articulis, quos vocant, Suobacensibus, an, quod alii malunt, Torgensibus potius, primum Augustanae Confessionis fun-

23

fundamentum repetendum sit? disceptarunt viri doctissimi *). Nobis id solum relictum esse putamus, qua occasione condita, & quo pacto ea Carolo V. imperatori Augustae Vindelicorum, vnde & nomen fortuita est, oblata sit, breuiter perlustremus.

§. III.

Igitur sub initium anni XXX. supra millesimum quingentesimum, quia Caesar imperii comitia primo vere putabatur indicturus, placuit statibus euangelicis in conuentu Norimbergensi, serio deliberandum esse, quid in iis proponere deberent. Caesar interea, qui Bononiam, accipiendae a Pontifice, Clemente VII, inaugurationis gratia profectus fuerat, Januarii die XXI, dimissis in Germaniam litteris, conuentum indicit omnium ordinum Augustae, ad diem VIII. Aprilis, iterum religionis potissimum, & Turcici belli caussa. Augustam tamen primus omnium venit Elector Saxoniae, cum IOANNE FRIDERICO, filios in reliquo comitatu habens & PHILIPPVM MELANCHTONEM, JOANNEM ISLEBIVM Agricolam, IVSTVM IONAM & GEORGIVM SPALTINVM **). Antequam vero Elector Augustam proficeretur, iubente ipso, fuerat Torgae, a LVTHERO, PHILIPPO, POMERANO & IVSTIO IONA, delibera-tio instituta: quanam methodo doctrinae coelestis capita, Caesari in Comitiis proxime exhibenda, comprehendi pos-sent. Igitur Luthero fuit iniunctum, ut articulos, re-

E 2 bus

* Confer. IOANNIS IACOBI LAYRITII disputationes duas, *de articulis Suobacensibus A. C. fundamento*. Maxime autem, memorabile est, quod iam in conuentu Smalcaldensi, decretum fuerit, ut, qui XVII. articulos Suobacenses probarent, ad diem VI. Januarii, a. M. D. XXX. Norimbergam venirent, ac in foederis societatem recipieren-tur; reliqui vero, quos inter praecipuae ciuitates Argentoratensis & Vlmenfis erant, excluderentur. Verba decreti illius ex tabulatio Vinariensi petita, in LAYRITII disputat. II. ad §. III. pag. 7. seqq. reperias.

**) Vt quidem SLEIDANVS l.c. pag. m. 182. SELNECCERVS in reci-tationibus, pag. 218. item in oratione de Lutherio, & A. C. pag. 37. & LVTHERVS Tom. V. Germ. Jenens, pag. 14. 15. 16. PAPPVS in Com-men-tarij, in A. C. pag. 3. 4. seqq.

2

32

bus ita flagitantibus, consignaret. Delineauit itaque Articulos XVII.

Atque istos Lutheri articulos Philippus in adoranda Confessione Augustana, sibi praecipue exprimendos proposuit: prouti ipse Elector, datis ad Lutherum litteris, & Confessione ad eum missa, fatetur. Iubetque, vti, priusquam haec Caesari offerretur, suum de ea iudicium exponat. Interim Augustam Caesār venit idibus Junii sub vesperam, diequae altero qui sacer & corporis Christi memoriae erat dicatus, a sacris ventum est in curiam, vbi Fridericus Palatinus nonnulla praefatus, moram Caesari excusat, & simul caussam indicti conuentus repetit, ac deinde recitata fuit oratio prolixia, de scripto, sicut fieri consuevit. Junii die viceximo quarto Saxoniae Princeps JOANNES Elector, GEORGIVS BRANDEBVRGICVS, ERNESTVS & FRANCISCVS Luneburgenses, PHILIPPVS Landgravius Hassiae, Caesarem orant, vr suae doctrinae confessionem, scripto comprehensam, audiat. Quum vero iuberet imperator scriptam tantum exhiberi, itaque illi, quoniam ea res ad ipsorum existimationem, ad fortunas, ad sanguinem atque vitam, & animae salutem pertineret, et, quia secus ei forte delatum esset, quam res haberet, instant, & audiri postulant. Caesar, vt postridie domum suam veniant, iubet; sed scriptum sibi iam tradi petit: illi denuo, quam possunt, vehementissime vrgent, & obsecrant: neque putasse dicunt, hoc sibi denegatum iri, quum alias multo se humiliores, in rebus etiam leuioribus, audiat. Cum autem ille de proposito nihil mutaret: petunt, vt scriptum sibi relinquat, dum recitetur. Eo promisso, veniunt altera die, nimirum Junii XXV. ibidemque in Conspectu CAESARIS, FERDINANDI I. regis Hungariae & Bohemiae, Alberti Electoris Moguntinenlis, Hermanni Electoris Coloniensis, Electorum Treuirensis & Palatini Legatorum, Joannis, Electoris Saxoniae, Joachimi Electoris Brandenburgici, multorum denique Principum aliorum, ac statuum

tuum,*) per Christianum Baierum J. V. D. Consiliarium atque Vice-Cancellarium Saxonicum, Confessionem suam Germanice, auscultante ad duas horas Caesare recitant. Cumque ita plane, & diserte scripta Confessio fidei esset recitata, ac de singulis fidei articulis, rationes essent redditae explicataeque: subita & mirabilis multorum animorum conuersio subsecuta est, caeperuntque non pauci de doctrina aequius iudicare; quidam quoque cum suis doctoribus, quod longe alia de Lutherio narassent, quam in Confessione illa haberetur, expostulare. Quippe ipsius imperatoris animus, in se certe optimus, at furiis episcopalibus antehac atrociter inflammatus, ita caepit mitescere, vt Caesare ipso, nihil mitius vniuersam aulam habere, Philippus quondam ex Comitiis ad Lutherum scripsit. Perlectae Confessionis postmodum duo exempla, latinae vnum, alterum Germanice scriptum, dum GREGORIVS PONTANVS, Cancellarius Saxoniac, exhibitus esset Caesaris secretario, Alexandro Schweiss, vt traderetur electori Moguntino imperii Cancellario: ipse Carolus V. imp. manu sua adprehendit, Latinumque ad se recepit, per FRIDERICVM PALATINVM respondens: *Se de toto negotio suscepturum esse cogitationem, & deliberationem atque accuratam.* Biduo post Confessionem tradit Caesar reliquis principibus, vt cognoscant: atque hi iterum suis theologis, in quibus facile erant primi, IOANNES FABER, & ECCIVS, ad ferendum iudicium, ab ipso imperatore designati, vt confutationem A. C. in se susciperent. sed hi quia Patrum dum taxat & conciliorum locis agebant; in proclivi fuit protestantibus respondere, se, siquidem de religionis agatur concilia-

*) Teste Coelestino, Tom. II, pag. 189. & Chyraeo, h[ab]it. A. C. German. pag. 116. ex recentioribus A. C. Historiam peculiari differit. vir post fata etiam celeberrimus, GOTTLIEB WERNSDORFFIVS, vindicauit interim in hoc genere scriptorum: prae reliquis commendari solet, duum virorum IOANNIS SCHMIDII, & IO. GEORG. DORSCHEI memoria Augustanae Confessionis recusa Epiphae, 1703. & 1708. 4.

ciliatione, facturos esse, quidquid omnino salua conscientia possint: quin immo, si quis ipsorum doctrinae error scripturae testimonio commonstretur, non repugnaturos. (Sleid. Lib. VII. p. 188) interim imperatoris follicitationes atque minae eo potissimum spectabant omnes, vti post exhibitam confessionem, ad suas partes transirent, qui Lutheri profiterentur doctrinam: atque obiiciebat, quod, cum essent numero pauci res nouas introducerent contra vetustum & sacro sanctum totius ecclesiae morem, aut singulare aliquod doctrinae genus usurparent, a pontificis, a suo, a Ferdinandi regis, ab omnium imperii principum & ordinum, a totius orbis regum atque maiorum instituto alienum: aequum esse, vt minor pars adcommodet sese maiori; expenderent penitus, quantula essent ipsi portio, si cum pontifice maximo, si secum, si cum reliquo principum coetu componantur. Nec enim vlli suo labore vel molestiae se velle parcere, quotandem ad concordiam aditus fiat: quod si autem recusent actionem, nec a proposito recedant, tum sibi faciendum esse, quemadmodum ecclesiae protectorem deceat. (Sleid. p. 192.) At vero dum nec his quidquam moueri videtur protestantes, deliberandi ipsis spatium concedit ad XV. usque diem Aprilis, anni proxime sequentis; illa tamen cum conditione, vt pacem per imperium colant omnes, ne Saxo sociique eiusmodi quid interea, de religione, suis in ditonibus procudi patientur, ne quid etiam innouent, ne quemad suam religionem pelliciant aut cogant, & quae id genus alia plura. Ista tamen vel ideo commemoranda erant, vt singularem Dei prouidentiam, in hoc tam arduo opere reformationis, & confirmanda religione euangelica, contra reclamantium insulatus admireremur, agnoscamus & deueneremur.

§. IV.

Ad fata A. C. quod attinet, primum quidem eius in varias Lingua translationes, dein editiones praecipuae, & variationes commemoranda sunt. Namque statim iisdem Comitiis, ipsius imperatoris iussu per ALPHON-
SVM

SVM CANCELLARIVM Hispanicum & ALEXANDRVM SCHWEISS translata fuit in Hispamicam & Italicam linguam; atque Italica versio per CAMPEGIVM, legatum, ipsi Pontifici missa. Nec minus Gallici, Portu-gallenses, Brittannici, aliorumque regum & principum Legati, eandem in suae gentis idioma transferre, & cum Dominis suis communicare intermisserunt. Quia ratio-ne Confessio, Latine, Germanice, Italice, Hispanice, Gal-lice, Anglice, ac Belgice, per totam europam vno eo-demque tempore diuulgabatur. Ac licet diligenter ca-uere voluerit imperator, ne quid Confessionis huius typis produceretur, tamen excusa est latine a quopiam auaro typographo, & adeo quidem negligenter, vt multis in locis industria deprauata esse videretur, prouti queruntur editores in praefatione illius, quae postea inter latinas editiones habita fuit pro genuina (illa autem prodiit anno 1531. Vitembergae, per Georgium Rhau in 4ro.) quippe quae cum exemplo isto, quod in archiuo electoralii Dresdensi adseruatur, quam maxime consentit, atque eidem etiam anno 1561. Protestantes in conuentu Numburgensi iterum subscriferunt. Etiamsi enim cum germanica, ad authenticum exemplum Moguntinum expressa, quoad singula verba non congruat, cum versio latina sit paullo liberior: in rebus ipsis tamen nulla inter hasce editiones est discrepantia. Vid. *Haupt-Verteidigung des Evangelischen Aug-Apfels*, pag. 457. seqq. Neque adeo magni momen-ti ea erant, in quibus August. Confessionis editiones a se inuicem differebant, donec PHILIPPVS MELANCHTHON, nimio pacis ac concordiae studio, anno 1540. propria auctoritate, & quidem in latina editione, insignem & maxime memorabilem institueret mutationem. Ha-buit enim in more positum Philippus, vt libros a se scrip-tos subinde recognosceret, ac magis magisque locupletaret; putavitque sibi idem in A. Confessionem licere, si quidem ea quoque ab ipso conscripta esset. Agitur vir cae-tera optime meritus de vniuersa litteratura atque erudi-tione anno 1540. Witembergae Confessionem, sed priu-

to dumtaxat aūsu in haud paucis mutatam , edidit. (B. Lutherus Tom. I. Lat. Jenens. praefat. & Tom. III. Lat. Jenens. pag. 160.) Habetur illa Confesio variata Tom. I. 100. Latinorum fol. ibi demque recusa anno 1565. ac 1572. in 8vo. Vbi simul adnotata est istius editionis variatio , a prima & genuina descens. (Vid. MYLIVS in explicat. A. C. quippe qui diligenter discrepantiam in omnibus articulis , excepto primo, monstrat. & HVITTERVS in Caluinista Aulico Politico , Lib. II. Cap. I.) Grauiſſime vero omnium mutatio articuli decimi deſ. Coena reprehendebatur , dum deletis verbis , *adſint & diſtribuantur*, eorum loco posuit: *exhibeantur*, omiſſa quoque clausula: *& improbant ſecus docentes.* Obſeruatae vtique ſunt & aliae quaedam mutations, in articulo quarto, de Iuſtificatione; quinto, de ministerio Verbi & Sacramentorum octavo decimo, de libero arbitrio, viceſimo de fide & bonis operibus; ſed iſta in articulo decimo maxime fuit notabilis, vnde diſcriben ortum inter variatam & invariatam Auguſtanam Confessionem, ſimul que noua variarum controuerſiarum atque calumniarum origo. Namque cum ob mutationem hanc male audiret ecclesiarum euangelicarum Confessio, tamquam quae nihil haberet certi, inque ſingulos annos mutaretur: iuſſu electoris compellatus fuit Philippus a D. Pontano Cancelario: *quamobrem*, electoris & caeterorum principum atque ordinum Confessionem, in quibusdam immutari? Cum tamen Confessio non ipſius, ſed ſtatuum propria eſſet: qui propter tam crebram mutationem, in Doctrina incerti & in conſtantes, cum magna imperitorum hominum offenſione, paſſim proclamarentur? & ab ipſo Luthero etiam multoties monitum atque rogatum eſſe Philippum, quo abſtineret ab Auguſtanæ Confessionis mutatione; atque interdum cum expoſtulatione ipſi dictum eſſe: *Quis hoc tibi mandauit?* tuum hoc non eſt &c. (Selneccer. ad fert. in orat. cit. pag. 69.) adeo rigidum correctorem pati heic debuit moleſte ſedulus Melanchton, Lutherum. At vero, quamuis non ſemper idem iudiciū inter hos duum viros fuerit, eadem tamen benevolentia ſe mutuo complectebantur, vt patet ex Lutheri epiftola;

ad

23.

ad Electorem Saxoniae IOHANNEM FRIDERICVM , exarata , in qua auctor rogat ; ne durius ad PHILIPPVM , posteaquam uis cum aliis de iustificatione egisset , scribat . (Tom. VII. Jenens. Germ. pag. 445.) pollicitusque Elector fuit PHILIPPVS , se deinceps nihil mutaturum esse in Confessione , sed , quod eodem anno , quo mutatio illa facta est , etiam in colloquio Wormatiensi declarauit , se missa mutata illa , inuariatae inhaesurum . Sed quum neque ea ratione calumniantium ora obstruerentur satis , itaque anno ineunte 1561 Naumburgi ad ripam Salae conuenerunt principes , Augustanae Confessioni addicti , (CHYTRAEVSI in sua Saxonia , sub anno 61mo , & ex eo Thuanus , ad eundem annum) eo fine potissimum , vt inter alia grauissima , etenim Concilium Tridentinum a Pontifice Pio IV. maxime tunc vrgebatur , diluerent criminationes Romanensium : quippe qui in comitiis proxime antegressis , & publice scriptis protestantes traducebant : *Quasi Augustanam non Confessionem sed confusione sequentur , certam Confessionem retinerent nullam , nec , quae vera sit , scirent.* Ergo post varias easque grauissimas consultationes , illo conuentu conclusum est . Nihil noui quaerendum , aut agendum ; sed solum Confessionem anno 1530. Carolo V. Augustae exhibtam , & postea Vitembergae anno subsecuto 1531. impressam de novo subscribendam ut verba dictant recessus conuentus Naumburgensis sub anno 1561. die 7. Februarii . Conf. Hist. A. C. Germ. theol. SAXON. & Haupt-Vertheidigung des Evangel. Aug.-Apfels. Cap. XXIV. & XXVI.

§. V.

Quae cum ita se habeant , oppido falluntur illi omnes , qui Confessionum nostrarum nobis variationes expobrant , quod Romanenses facere , in comperto est , quippe quorum nonnulli nos vtique ab August. Conf. defecisse calumniantur , contenduntque vehementer , pacem religiosam , γνωσις Augustanae Confessioni addictis tantum concessam , ad nos minime pertinere . Sane ab ea nos excludere olim voluerunt Andreas Fabricius , Joann. Pistorius , Franciscus Burcardus , Balthasar Hayens , Laisentius Forsterus , aliquie , quorum loca adducit HENRICVS PIPPINUS .

F

GIVS

2

32

DFG

GIVS, in der Historischen Einleitung, Cap. IV. §. XXVII. sed his solidissime responderunt nostrates theologi, in der Vertheidigung des Euangelischen Aug-Affels, Cap. XXII. seqq. pag. 337. seqq. Nihilo tamen secius suorum maiorum preslit vestigia auctor libri: *Augustana & Anti - Augustana Confessio*, dicti, atque iussu LEOPOLDI comitis a Colonitsch, episcopi tum Neostadiensis, editi Vieniae 1681. 4to. Id enim sibi velle uidebatur, vt Augustanam Confessionem corruptam atque depravatam, Lutheranosque ab ea defecisse, euinceret. At vero non minus strenue, quam modeste eum, iussu JOANNIS GEORGI, III. Electoris Saxoniae, exceptit VALENTINUS ALBERTI, in der gründlichen Wiederlegung eines Paebstlichen Buchs, *Augustana & Anti-Augustana Conf.* genannt, Lipsiae 1684. 4. eamdemque denuo cantile nam repetit auctor, ex eadem familia, vt fertur, oriundus, quem non oblique innuit libellus quidam, qui inscribitur: *Einleitung zu des Heil. Röm. Reichs Kirchen-Staat, oder unparteyische Nachricht, wie die dreyim Heil. Röm. Reiche übliche Religionen, als die Römisch-Catholische, Euangelisch-Lutherische und Reformirte erwachsen, und was sie lehren, prodiit Frf. & Lipsiae, 1722.*

8. verba eius sunt: *Nachdem nun Ibro Kayserl. Maiestät beyden Theilen in Ungarn verbothen, einander nicht das geringste in Weg zu legen, und dem ohngeachret ein Buch hervorkommen, darinnen behauptet worden, Kayserl. Maiest. solten die Kezer alle verbrennen, und solches von den Protestantischen Deputirten wücklich Kayserl. Maiest. eingehändigt, und derro hohes Misvergnügen mit Augen gesehen, so haben sie auch vernommen, wie Kayse. Maiest. ibnen nicht, allein alle Satisfaction verschaffen, sondern auch das Beginnen der Wiedrig-Gesinnten empfindlich abunden und bemeldtes Buch aboliren wolten. Par. I. pag. 195. seq. ea itaque singula, quae D. VALENTINVS ALBERTI in sua confutatione ad friuolas accusations reposuit, sibi itidem hic dicta scriptaque putet. Neque enim alia, quam quae vel sexcenties a nostratisbus dicta sunt, protulit ille audaculus ac nimis confidens.*

*VI.
Porro, Confessionum variationes, aetate recentiori, Protestantibus obiicere, non dubitabat IACOBVS BE-
NEDICTVS HERMANNUS HUARDUS COEL MINORUS, auxiliis NI-
COLOMI*

23.

NIGNVS BOSSVE I VS , Episcopus Meldensium in Gal-
lia , dans l'histoire des variations des églises Protestantes . Vir alio-
qui magni nominis , ac summae , dum viueret , auctoritatis
apud suos ; idque varias ob causas , quarum non minima ,
quantum colligere licet , fuisse videtur , quod quibusuis
a Romana ecclesia dissentientibus , quamdiu vixit , se in-
fensissimum paeberet . Nec minus eruditionis laude eum
claruisse , scripta eius , queis fucum incauris obiicere vo-
lebat , ostendunt . Cum primis expostio doctrinae Catholicae ,
quam vocat , & liber variationum multis saluam mouere ,
plerisque vero indignationem quoque . Nam illa expostio do-
ctrinae , quum prodiisset , etiam apud suos censuram meruit .
Ex nostratis certe D. VALENTINVS ALBERTI , ex-
amen professionis fidei Tridentinae , nec non expositionis doctrinae Ca-
tholicae IAC. BENIGN. BOSSVETI , ei opposuit , atque ar-
tes , quibus erat usus ad fallendos alios , penitus detexit .
Contra variationes eius Protestantibus impactas , CHRI-
STOPH. MATTHEVS PFAFFIVS , & IACOBVS BASNA-
GE , insurrexerunt , & hic quidem licet Reformatae eccle-
siae sit , quod mireris , addictus ; tamen causam commu-
nem pro A. C. egit , dans l'histoire de l'église , Tom. II. liur.
XXVI. c. 2. f. 1512. seq. Nos vero proprius , nec genera-
tim tantum , ad variationes illas accedamus , ut de inquis
BOSSVETI criminationibus aequum alii quoque ferant
iudicium . Ait is singillatim Lib. III. de Confessione Au-
gustana aequa , atque illa Argentinensi , siue quatuor ci-
uitatum a BVCERO concepta , fateturque ipse priorem
sibi potissimum venire in censem . In eam ergo cum ma-
xime insurgit , atque in uno dumtaxat eius articulo , qui
ordine decimus est , quatuor ex mente Lutheranorum di-
uersos sensus sibi est visus deprehendisse , subiiciens vix quem-
quam satis discernere posse , quinam illorum esset genuinus ; si qui-
dem omnes quatuor comparent in editionibus , quae auctoritatem
praeferunt publicam . Et quidem duplē illico Confessi-
onis variationem sibi occurrisse in collectione Genevensi ,
in qua exhibetur Confessio August. anno 1540 . Vitember-
gae impressa , fatetur . Ex hac igitur primum adducit , de
F. 2 S. Coe-

2

4.

32.

S. Coena, prout ibidem leguntur verba, *cum pane & vino Corpus & sanguis Christi vere dantur, coenam manducantibus*; tum ex alia editione, quae magis cum nostro prototypo conuenit. Refert secundo, de Coena Domini docent (Protestantes) quod corpus & sanguis Christi vere adfint, & distribuantur vescientibus in Coena Domini. Et improbant secus docentes. Atque posteaquam satis doctrinae mutationem arguit, exprobrat nostram in fide inconstantiam.* Quod ad rem ipsam, nostrates quidem Confessionem mutatam esse non diffitentur. Verum ut ad paragraphum praecedentem diximus, mutatio ista non fuit facta auctoritate publica ecclesiarum, sed priuato viuis aut paucorum arbitrio. Quocirca scire debebat auctor hic inter suos tantae dignitatis, quod, qui nostratum mutantam Confessionem admirerunt, publice testati sint, se eam non aliter recipere, quam, quatenus in ipsis rebus plane conueniat cum prototypo. Mutationem quod uberiori testatur historia dicti conuentus Naumburgici doctrinae nostrae publice ad probatam omni fide caret. Ad duas alias mutationes excusendas, profert locum ex apologia A. C. alterum, alterum ex

F. Con-

* BOSSVETI verba sunt : Il est certain que l'intention de la Confession d'Ausbourg étoit d'établir la présence réelle du Corps & du Sang - - mais tant s'enfaut que les Luthériens tiennent un langage uniforme sur cette matière, qu'au contraire on voit d'abord l'article X. de leur Confession, qui est celui où ils ont dessin d'établir la réalité : on voit, dis-je, cet article X. conché en quatre manières différentes, sans qu'on puisse presque discerner laquelle est la plus authentique, puis qu'elles ont toutes paru dans des éditions, où étoient les marques de l'autorité publique. De ces quatre manières nous en vorons deux dans le Recueil de Genève où la Confession d'Ausbourg nous est donné telle qu'elle avoit été imprimée en 1540 à Vitemberg, dans le lieu où étoit né le Lutheranisme, où Luther & Melanchton étoient présens. Nous y lisons, l'article de la Cene en deux manières. Dans la première, qui est celle de l'édition de Vitemberg, il est dit, qu'avec le pain & le vin, le corps & le sang de Jésus-Christ est vraiment donné à ceux qui mangent dans la Cene. La seconde ne parle pas du pain & du vin, & se trouve couchée en ces termes ; Elles croient (les Eglises Protestantes) que le corps & le sang sont vraiment distribuez à ceux qui mangent, & improuvent ceux qui enseignent le contraire. pag. 91. seq. editio a. 1688. 8vo.

F. Concordiae. Verba apologiae sunt : *In Cœna Domini vere & substantialiter adjunt corpus & sanguis Christi ; & vere exhibentur cum illis rebus, quae videntur, pane & vino, bis qui sacramentum accipiunt.* pag. 157. edit. Rechenberg. Ex Formula Concordiae excitat eadem fere, sed ad diuersum sensum adfingendum sibi commoda visa : *De Cœna Domini in Confessione Augustana ex verbo Dei sic docetur : verum corpus & sanguinem Christi vere, sub specie panis & vini, in sacra domini Coena præsentia esse, distribui & sumi : feccus autem docentes improbari.* Solida declarat. p. 728. tam perspicue haec a piis Confessoribus & proposita sunt, ut nemo, nisi BOSSUETVS oiusque similes doctrinae discrepantiam aliquam deprehendant. Quod si non mens laeva fuisset aduersario, non mutilasset Tocum posteriorem, quippe qui confessionis prioris planam exhibit repetitionem, ut etiam verba apologiae per omnia retinuerit. Ad accusationem ergo BOSSUETI diliuendam, quum iam eo ventum sit, integrum exscribam locum ; ita enim confessores d. l. pergunt : His postremis verbis Sacramentariorum error perspicue relicitur : qui eo ipso tempore Augstæ peculiarem Confessionem obtulerunt : quae veram & substantialem corporis & sanguinis Christi præsentiam in Sacramento Coenæ, in terris administratae, idcirco negabat, quia Christus ascendisset in coelos. Pia etiam nostra de hac re sententia in minore D. Lutheri Catechismo perspicue expressa est. Luculentius etiamnum haec ipsa sententia nostra in *Apologia* non modo declaratur, verum etiam illustri dicto Paulli I. Cor. X. & testimonio Cyrilli confirmatur, hisce verbis : *Decimus articulus approbat usq[ue] in quo confitemur, nos sentire, quod in Cœna Domini vere & substantialiter adjunt corpus & sanguis Christi : & vere exhibentur cum illis rebus, quae videntur, pane & vino, bis qui sacramentum accipiunt.* Quae ut intelligantur magis, conf. quae pag. 730 & seq. inculcantur. Tantum igitur abest, ut Form. Concord. discedat ab Augst. Conf. vel apologia, ut etiam magis illustret doctrinam, ac tueatur. Interim homo noster, diligentiam suam lectori probaturus, praet.

ter has quatuor capitales doctrinae mutationes, quas, vt
puto, iam satis retudimus, quintam etiam elicit. Et
dictae apologiae verba, sequentia, ad malam suam cau-
sam fulciendam, plane in alienam sententiam detorquet:
quod videlicet Melanchton sensum litteralem sollicitius
expressurus terminis formalibus, vti dicunt, non fuerit
contentus dicere, veram & substantialem praesentiam, sed
quod praeterea adhibuerit vocem praesentiae corporalis qua-
si vietus argumento, quod CHRISTVS corporaliter nobis sit
exhibitus, idemque non tantum Romanam ecclesiam, sed
& olim quoque Graecam sensisse fateatur. Non prorsus hæc
displicuisse BOSSVETO, prolixior ab eo suscepta recen-
sio comprobat, quum alia leuiter tantum, & quasi per-
indicem, citauerit omnia. Quin & multo mitius de his,
quam illis prioribus, tulit iudicium, ratus forte heic au-
torem apologiae testem, vel non oforem saltem trans-
substantiationis deprehensurum. Ideoque eum tanta cum
moderatione nominat, quum alium vix quemquam
dissentientium, nisi acriter depexum dimittat. Enimue-
ro tam adcommode & ex vsu ecclesiae Apologiam heic lo-
qui existimat, vt eidem ipsi Romanenses possent subscri-
bere, auctoremque, licet is parum mutationi substantiae
fauerit, nihilo tamen minus adeo ab hac alienum senten-
tia neutiquam fuisse, vt auctoritatem eorum, qui hanc
adstruunt non aduocaret cum honore. Ac si dicendum
quod res est, aliis quoque viris doctissimis hic locus mul-
tum negotii faciliere fuit uisus. Namque primo intuitu, fa-
cile quis iudicauerit hoc loco apologiam abire penitus a
sententia A. C. nimiamque sui ad Romanenses interue-
nisse ad accommodationem, vt idem propemodum cum il-
lis sentire videatur, vti arguit HOFFMANNVS in C. D.
pag. 285. Verum res omnis ex Apologiae scopo & Phra-
seologia Patrum diiudicanda est: in hac enim eo nostra-
tes contenderunt primum, vti Reformatorum errorem
remouerent, atque imperio Romano ostenderent, se ni-
hil docere, nisi quod receptum est ab ecclesia catholica,
vel ab ecclesia Romana, quatenus ex scripturis illis inno-
tuimus.

23

tuit. Et licet de transubstantiatione aliquid in apologia prohibetur, ab ea tamen id non fuisse adtentum, recte prae-
monuerat clarissimus, IOHANNES FRIDERICVS WAL-
LISERVS in vindictis Librorum ecclesiae Lutheranae Symb. p. 247.
seqq. quippe quae saltem realis ac vere praesentiae corpo-
ris Christi in Coena ibidem adsertae rationem habere vo-
luit, quidquid fuerit de naeuo circa praesentiae modum,
quem Canon & Bulgarius forte habuerunt. Neque sta-
tum inde sequitur transmutatio, si apud veteres vocabu-
lum hoc mutationem substantiae semper significat; nam
que frequentissime etiam ad usum ac finem extenditur, cu-
ius ratione res aliqua mutari dicitur, quando ad alium fi-
nem, quam qui alias destinatus est, applicatur. Vti ni-
mirum in doctrina Coenæ panis ac vinum dicuntur mutari,
quando non ad nutriendum corpus eius, in quod adsumi-
tur, sed ad exhibendum corpus & sanguinem Christi per
plane nouum ac inauditum officium applicantur. Tantum
ergo abest, vt alienum quidpiam adserat apologia, vt de-
fendat potius receptam in nostra ecclesia sententiam, quod
scilicet in Coena Domini vere, & substantialiter adsint
corpus & sanguis Christi, & vere exhibeantur. Videſis
pag. 158. Transubstantiationi autem auctorem apologiae
velificari, ne ipſe quidem BOSSVET VS est ausus dicere;
vt merito mireris, quomodo ei in mentem venerit ex his
discrimen atque diuersam a recepta Lutheranorum sen-
tentia, doctrinam arguere. Quodsi eadem in Aug. Conf.
aequitate, qua Tridentinam synodum prosequebatur,
fuisset usus; rimas, ubi non sunt, non quae si uisset pru-
dens sciensque, quippe plena rimarum omnia domi, ipſe
quod ex parte etiam fatetur, facile reperturus *) interim nos
ordo rerum, ne iſtis immoremur, Athenas trahit. § VII.

*) Namque disputaturus, contra EMANVELEM a SCHEELSTRAT.
S. T. D. Bibliothecae Vaticanae praefectum, qui cum Constantiensis
Concilii noua acta proferret, statim in ipso titulo eiusdem Concilii pri-
mum decretum sessionis quartae a Basileensis corruptum esse contende-
rat, ait: *Laret profecto neminem persaep̄ variare codices MSC. facili-
dum electum, faciendo inquit ei editionis, quae a doctioribus viris, atque
melioris notae codicibus recensita, apud doctos innaluerit: qualis illa eſt
PETRI GRABII, religiosissimi viri, quam Roma ipsa probans, editio-*

§. VII.

Exorta luce euangeli in Germania, JOSEPHVS Patriarcha C. P. misit anno 1558. quemdam DEMETRIVM MYSVM, ecclesiae suae Diaconum, ut de statu religiosis Lutheranorum doceretur. Cui Vitembergae anno sequenti PHILIPPVS MELANCHTON Graecam A. C. versionem **) tradidit, vna cum epistola ad Patriarcham, in qua praeter alia obtestatur, ne Patriarcha calumniis hostium veritatis fidem haberet, sed potius expenderet, seque patrionum Veritatis praestaret. Ad Litteras autem hasce Philosophi, nihil respondit is Patriarcha, forte domesticis praempeditus malis; namque anno 1564. dignitatem, quam pollebat, missam facere iussus est. *Vid. Hilar. append. ad Phil. Cypr. Chronicon eccles. Graecae pag. 404.* Verum ab anno 1575. cum Ieremia Trano, Patriarcha, familiarius grauiusque iniere nostrates theologi litterarum Commercium. Ansam vero huic videtur praebuisse MARTINV CRSIVS, Graecae linguae in Acad. Tubing. Professor, qui cum de statu Graecorum doceri discuperet, maxime de eorum dialecto hodierna; rogarat, M. STEPHANVM GERLACHIVM, tum temporis Legato Caesareo Constantinopolia Confessionibus, ut sibi ea, quae ad rem litterariam pertinenter, procuraret. GERLACHIVS suo non defuit officio, sed vltro quaerebat petitioni honestae facere satis. Igitur amicitiam primum THEODOSII ZYGOMALÆ, se-

cre-

Negre quemquam mouere debet, in quibusdam conciliorum vetustiorum editionibus desiderari quaedam; cum item in recentioris SINODI TRIDENTINAE quibusdam editionibus, atque in ea ipsa, quae stante Consilio, facta est, constet abesse a decreto sessionis quintae de peccato originali, exceptionem eam, quam beatæ virginis Deiparae gratia, a sancta synodo adhibitam fuisse, nemo sanus diffitetur. In defensione declarationis Cleri Gallianæ de ecclesiastica potestate, Tom. II. Lib. IX. cap. III. editionis posthumæ, quæ nunc primum Luxemburgi, M. D. CC. XXX. annu lucem adspexit. Hunc multo grauiorem defectum S. T. ipsi Bossueto maiori iure exprobare poterimus ac vere de eo usurpare illud: dat veniam coruis, vexat censura columbas!

**) Quam DOLSCIVS adornauit, videlicet M. IO. CHRIST. GVEINICII Diaconi ad B. M. V. epistolam de A. C. medici Hallensis PAVILLI DOLSCI cura grece reddita, ad FRIDERICVM HOFFMANNVM Com. Pal. archit. anno seculati secundo editac Confessionis August. ac rep. Sal.

1730. Hal. pl. I.

23
2
32

cretarii Patriarchici ambiebat. Ab eo enim, quidquid de Athenis ac eorum scholis, modernis item codicibus MSC. aliisque eiusdem generis dignum videbatur, fideliter recepit communicavitque cum suo Crusio. Nec in rem litterariam saltem inquirebat, verum patente sibi accessu ad Patriarcham, theologicas etiam materias eidem explicandas proposuit, quas ex concionibus sacris Graecae excepterat. Interim D. Jacobus Andreae, & reliqui Theologii Tübingerenses miserunt ad Patriarcham, Jeremiam, Confessionem Aug. spe ea freti, Graecos consensuros in potiores fidei articulos. Atque respondit is anno 1576, ita tamen ut palam fateretur, sibi vel maxime displicere quod Protestantes doceant, 1.) Spiritum scilicet a Patre DEo & filio procedere. 2.) Homines in conuersione ad DEum propriis viribus nihil agere. 3.) Item hominem sola fide sine operibus coram Deo iustificari. 4.) Duo dumtaxat sacramenta esse. 5.) cultui Angelorum, & sanctorum atque imaginum, precium penitus nullum ponendum esse. Igitur in primo suo responso contra haec disputat acriter, & frequenter prouocat ad testimonia Patrum & conciliorum, scripturarum locis leuiter tantum allatis.

§. VIII.

Huic scripto Patriarchico Primo responderunt Tübingerenses theologi, anno 1577. positoque fundamento controværiarum, scriptura sacra, modeste diluerunt obiectiones eius, ad doctrinam euangelicam pluribus scriptae locis adstruxerunt. In altero autem suo responso, Patriarcha, fere nihil agit aliud, quam ut ea quae in priore adtulerat, confirmet, patrum ecclesiae auctoritatem & conciliorum vrgens. Quare & Tübingerenses theologi, quum ad alterum hocce scriptum respondent, explicatius tantum doctrinam ecclesiae nostrae publicam proponunt nullum praeter scripturam Sacram canonem decidendi fidei articulos concedentes. Ut vero rem omnem ei clariorem facerent, adiunxerunt HEERBRANDI Compendium theologicum, in linguam Graecam translatum, ex quo sententiam eorum luculentius perciperet. Tertio

G. respon-

responso, quod anno 1581. expediuit, id sibi potissimum agendum putabat Patriarcha, vt palam faceret, se nolle imposterum quidquam cum iisdem de fidei dogmatibus agere; caussam obtendens, quasi nostrates patribus ecclesiae non satis aequum statuerent pretium. *)

IX.

Non abs re itaque prorsus fuerit, hoc loco non nulla expendere, quae Patriarcha contra A. C. movit dubia. Quum enim nostri Confessores p. m. articulo IV. & VI. testarentur, nos remissionem peccatorum & iustificationem fidei adprehendere, excitatis in hoc verbis Christi, apud Luc. cap. I, 7. 10. & Ambrosii, inquit: Hoc constitutum est a Deo, vt qui credit in Christum, saluus sit, sine opere, sola fide, gratis accipiens remissionem peccatorum; colligebat ex his C. A. bona opera a fide iustificante prorsus excludere, nec nisi fidei historicae locum reliquisse. Monere enim ei visum est, ad allatum caput: antecedens esse fidem, consequens vero, opera, eaque necessaria propter Dei mandatum; praemia & honores accipientibus in vita aeternabis, qui ea rite perfecerunt: quae quidem bona opera, in separabilia quoque sint, necesse esse, a fide vera. (pag. 71.) paullisque ante ad art. IV. dixit. Quod Catholica ecclesia fidem viam requirat: & quae bonis operibus testificalta sit. Fidem enim, quae sine bonis operibus sit, mortuam esse, secundum Paulli effatum, & alia quae in eamdem sententiam protulit longe plurima, ita comparata, vt, quum ab A. C. dissentire velle videatur, reapse consentiat. Namque idem fere, quod Patriarcha Confessio Aug. articulo XX. docet, quod necesse sit b. o. facere, non ut fidamus per ea gratiam mereri, sed propter voluntatem Dei. Tantum fide adprehenditur remissio peccatorum "ac gratia & quia per fidem accipitur Sp. iam corda renouantur, & induunt nouos affectus, vt parere b. o. possint pag. 18. edit: Rechenb. lin. 17. seq. Interim respondent

*) Vid. Acta & scripta theologorum Würtembergensium & Patriarchae Constantiopol. D. Hieremiae quae vtrinque ab a. 1576. vsque ad a. 1581 de A. C. inter se miserunt Gr. Lat. Witteberga, anno 1584. Fol.

23

derunt theologi Virtembergici tamquam aduersus Romanenses disputaturi, quam facile aliquid heic Graecis concedere potuissent. Non de eo controversiam esse, an b. o. sint facienda, & an b. o. certo fidem veram sequantur; sed se tantum velle ne nostra bona opera in articulo iustificationis admisceantur: vbi agitur: per quid, & propter quid, cum Deo reconciliemur, & in numerum filiorum, & haeredum Dei recipiamur. Allegant & Paullum, qui in articulo iustificationis non modo non admiscet opera nostra: sed ea etiam opponit gratiae illi, qua iustificamur, & salvamur: ita, vt etiam opponat fidem nostris meritis in hoc quidem negotio, epist. ad Rom. IV. Ephes. I. 11. Denique disputant prolixiuscule, vt ostendant, bona opera excludi in articulo iustificationis, ne vlla ex parte sint causa salutis nostraræ aeternæ. Videsis pag. 165. seqq. l. c. atque hinc egregie argumentantur, quod si quis opera nostra, ad iustificationem & salutem necessaria esse putauerit: is reddet omnes promissiones Dei, de remissione peccatorum, & vita aeterna, incertas. Si enim opera nostra ad iustificationem vlo modo sunt necessaria: quis nos certos reddet, an sufficientia opera habeamus? promissionem autem diuinam, oportere nobis esse certissimam; vt ea promissione fides firmiter inniti possit. Labefactata enim promissionis certitudine, corruet fides: euersa fide, corruet iustificatio, & salus nostra. pag. 169. s. quibus paria tradit & ipse Patriarcha l. c. item pag. 231. fatetur id extra omnem dubitationem credendum esse, nec bonis operibus quidquam fidendum, tantum abest vero, vt in hoc dissentiat.

§. X.

In responso suo secundo declarat Patriarcha JEREMIAS, se non simpliciter dicere: factores legis iustificari: sed eos, qui spiritualem legem praestant, spiritualiter, & secundum internum hominem intellectam. Ne vero sibi quisquam in hoc dubium moueret, mentem suam explicat vberius in sequentibus, nos iustos, inquiens fieri, perficiendo, quantum fieri potest, legem, quae secundum spiritum est;

G 2 . 11. 3. Q. m. D. IV. v. lib. non

non item si gratia excidamus. Atque iterum, quia non satis
 sibi respondisse visi fuerunt theologi Tbingenses, probat,
 fidem veram numquam diuelli a bonis operibus; & quemadmodum
 fidem operibus carentem, ita & opus fidei destrutum, iuxta a Deo rejici;
 pag. 231. seqq. taxant haec leuiter im Patriarcha theologi Tu-
 bingenes, quemadmodum & istud, quod dixerit: nequa-
 quam fieri posse, ut posthac aliquod solatium inueniar illic, qui non
 in hac vita expiauerit peccata, pag. 307. seqq. Quid autem de ex-
 piatione peccatorum senserit, declarat id quidem perspi-
 cue in responso primo, his verbis: "qui oblitio poeniten-
 tiae peccare pergit, proinde in ventrem, & in coeno vi-
 torum se volentes, nec ad sidera vim quam suspicientes:
 "maximis malis se conflictari non sentiunt. Κανὼς γὰρ ἀπω-
 λεθῆσται ὁ εἰς τὸ βάπτισμα πεσὼν τῆς αὐαρίας, nisi in-
 quinationem eluerit: non quidem aqua, sed multo la-
 bore, ac tempore, poenitentia exacta, lacrimis, plan-
 citibus, & id genus aliis spiritualibus lustrationibus, quae
 vera satisfactio sunt: non enim illa, quae dandis pecu-
 niis quaeritur, quaeve Deum contra accipientes irritat.
 "Fiamus mundi, quantum nostra mens intelligit, & no-
 strae vires valent. Quomodo? Iauamini, inquit pro-
 pheta, mundificatis, auferte malitiam vestram ab animis
 vestris; remouete ab oculis meis -- Quamobrem stude-
 amus, quoad eius fieri potest mundi fieri: consecre-
 mur bonorum operum studium -- hoc modo, Deo be-
 ne iuuante, poterimus etiam futurorum digne compo-
 tes fieri bonorum. Ergo magna vis est operum: si qui-
 dem a peccatis ita per poenitentiam dealbat Deus. Quo
 circa non superbiendum est, nec confidendum in illis,
 nam hoc ἐφάμαστον est, sed opera tamquam fidei con-
 sectaria, & necessaria, *) pro viribus explenda." pag. 74.
 seqq. Contendunt Tbingenses ea cum scripturis neu-
 tiquam conuenire, quia 1) quoad primum, vere bona
 opera

*) Opera fidei in iustificatione necessario debere esse praesentia; sensu patriarchae,
 & concilii Tridentini, nimis magnum ex allatis ad f. praeced. discrimen
 colligere est. Certe longe aliter Tridentinos docuisse patres, testatur
 Session VI, Can. 9. & 11.

23

opera non nisi ab iis fiant, qui iam sunt iustificati; neque legem Dei Secundum spiritum, seu spiritualiter, implere perfecte possimus. Si igitur perficiendo legem iustificari voluerimus, profecto actum futurum esse de salute nostra; Lex enim vitam promittit non iis, qui particulas aliquas legis obseruarint, sed illis, qui totam legem impluerint. Maledictionem vero aeternam comminatur omnibus, qui non obedientiam omnibus numeris absolutam legi praeliterint. Gal. III. & Deut. 27. Nec obstatre illud, quod Christus aliquoties homines interrogantes, ad legem remittat: non ideo factum esse; quasi legem perficiendo iustificemur; sed ob eam causam, ut illi ex lege peccata sua, & imbecillitatem agnoscerent; quo deinceps abiecta fiducia propriae iustitiae, ad Mediatorrem ipsum Christum confluenterent. pag. 307. 309. Citant theol. Tbingenses pag. 306. verba Patriarchae hoc modo: perficiendo quatenus fieri potest, legem, quae secundum spiritum est, iusti siemus. Qui vero externa tantum specie, & corporaliter legi seruunt: diuinam, sine controuersia, amittunt gratiam; nescientes illam, quae mentem ab omni expurgat macula, per gratiam spirituallis legis perfectionem, omissis, quae in Patriarchae responso subsequuntur, καὶ τὸ τέλος χριστόν, Conf. pag. 229. lin. 4.

Quoad 2) argumentum, indignum esse etiam, nostram salutem partiri inter nos & Christum; quasi nos quoque peccata nostra coram Deo expiare possimus: qua ratione nobis pars aliqua de Mediatoris officio tribueretur. Qui honor, SOLI Mediatori Christo, & prorsus nulli alii, debetur. Itaque expiare peccata probant certis argumentis soli Christo conuenire, additis scripturae locis euidentissimis, e. g. Esa. 43, 1. Joann. I. & II. Rom. III. Joann. III.

§. XI.

Disceptatio hæc theologorum Tub. cum Patriarcha eo tandem redit, ut a statu ipso controuersiae vtrimeque discensisse videantur. Enim vero, vtrimeque conceditur fidei consequens esse bona opera, vtque iustitia & obedientia Christi nobis imputaretur, ex parte nostra in iusti-

G 3

sti-

2

32

stificatione fides adsit, necesse esse, qua eam adprehendamus. Fidemque, quatenus adprehensione meriti Christi sese exserit, esse veram, adeoque & viuam, cum mortua fides vera fides non sit. Ac recte quidem opera bona a iustificatione excluderunt Tubigenenses theologi per solidam fidem iustificari hominem, cum Paullo contendentes. Neque enim sibi prout per bona opera se demonstrat, ubi de iustificatione agitur, in censum venire patientur. Idque merito: alioqui dici non posset, quod sola fides iustificet. Interim declarandum atque explicandum erat melius, cum bona opera nullatenus a fide separari queant, ea fidei esse praesentia. * Etiamsi, dum ad iustificationem nihil plane conferunt, veluti absentia spectari possint. Eo pacto namque, quae Patriarchae hoc punto suboribantur dubia, feliciter diluissent omnia. Non enim is contendit nos bonis operibus iustificari, verum opera bona tantum nunquam a fide vera separari posse, hoc est, quod maxime agit, prout ex his quae ad §. IX. allata sunt, liquet. Videtur autem ipse Patriarcha in eam adductus fuisse opinionem, ut crederet vitae sanctae studium atque ita b.o, ab ecclesia Lutherana plane profligari.**)

§. XII.

Luculentius aetate recentiori explicata est doctrina de iustificatione, dum enim controuerteretur, an bona opera in iustificatione essent praesentia? itemque an fides quae iustificat, recte viua dicatur? monuerunt magni nominis theologi, ut vitarent difficultates, terminos dum taxat explicandos adcuratius, & quaestionis statum rite con-

* Tam distincte agendum censet VRBANVS REGIVS tractatu de formulis caute loquendi, 1672. edit. Grabi, Regiomont. & BVDDEVS in institutionibus theologiae dogmaticae, Lib. IV. Cap. IV. §. IX. & X.

**) Nihil mirum est, Graecos quippe longius dissitos, nec melius informatos, tam male sensisse de ecclesia Lutherano-euangelica; quum romanenses ipsimet meliora docti, ea, quae in protestantibus laudem merentur, aut non vident, aut quamvis videant, leuiter dissimulent.

23

constituendum esse. Id vero, si diligenter obseruetur, quod & omnino obseruandum est, tum quaevis, quae heic difficultia atque impedita videntur, superari posse, equidem mihi persuadeo. Neque calumnias hostium repellimus commodius, quam si ostenderimus, nos non fidem inanem, qualem illi quidem fingunt, vindicare; sed hoc tantum velle, ne bona opera influant in iustificationem, cuius inter caussas praeter fauorem DEI gratuitum, meritum que Christi, etiam fidem referimus, prout illa Christi meritum apprehendit. Ne vero fidei nuda bonorum operum praesentia in justificatione, tamquam caussa adducantur vel cum hac confundantur saltem, utique carent, ne ex scylla, quod aiunt, in charybdis prolabamur. Quam pie de his senserint maiores nostri, & docuerint, testantur sequentia: *corum operum, quae reuera bona sunt, et DEO placent mater & fons est IPSA FIDES;* unde & veri fructus fidei, sicut & fructus Spiritus a duuo Paullo adpellantur; fidem enim (quemadmodum D. Lutherus in praefatione epistolae Pauli ad Romanos scribit) est diuinum quoddam opus in nobis, quod nos immutat, ex DEO regenerat, veterem Adamum mortificat, & ex nobis plane alios homines efficit, & spiritum sanctum nobis confert. Et est fides illa quiddam viuum, efficax, potens; ita ut fieri non possit, quin semper bona operetur. Neque fides quaerit demum, an bona opera sint facienda, sed priusquam de ea re inquiratur, iam multa bona opera facit, & semper in agendo est occupata. In solida declaratione, pag. 701. a lin. 3. conf. p. 692. Ex recentioribus, qui hunc fidei articulum illustrarunt, magno numero adduxit o. p. D. BVDDEVS, in Isagoge laudata nobis. Instar omnium autem mihi esto summe venerandus Praeses dum inter alia,

4

Es ist etwas ausgemachtes, inquit, daß unter dem Nabmen der guten Wercke die innerliche so wohl als außerliche verstanden werden. Und wie unsere reitnlehrende Theologie gewohnt, die Sünde in innerliche und außerliche einzuteilen, so kann sie dergleichen auch bei den guten Werken, erinnern auch dabei nicht ohne Ursache, daß innerliche zwar ohne außerliche, diese aber ohne iene nicht wohl, fals sie von aller Heuchelei entfernet. Zu solchen innerlichen Werken

32

cken nun rechnet man nicht unfüglich die interiores virtutes, die pios
 und spirituales motus, oder actus, und ob sie gleich in einem engern
 Verstand und so absolut dahin nicht zu ziehen, auch nur die aeußerliche
 Werke mehrmals von unsren Theologis also benahmet werden; so ist es doch auch mehr als gebräuchlich und gewiss, daß solche innerlichen,
 geistlichen Würkungen und Bewegungen in sensu generaliori
 oder gemeinen Bedeutung diesen Nahmen allerdings führen, auch
 mit Recht behaupten. Welches dann aus unsren alten und neuen
 Theologis zu erhaerten keiner sonderlichen Mühe bedarf. Unter
 vielen andern können CHEMNITIUS, MEISNERVS, OSLANDER,
 SCHERZERVVS, JOH. und PETR. MVSÆI, KVNAÐVS, SCHMI-
 DIVS, WANDALINVS, in ihren Schriften und Systematibus hie-
 von sattsames Zeugniß ablegen. HVLSEMANNVS bezieht sich
 desfalls auf die Apologiam A. C. selbst, imgleichen auf GERHAR-
 DVM MENZERVVM, HIMMELIVM, FLACIVM, in seinen Prae-
 lectionibus in Formul. Concord. Art. XII. Sect. IV. S. Ja wieder
 Calixtum, Horneium, Dreierum, wird von CALOVIO in seiner
 Synopsi Controversiarum poriorum p. 632. seqq. scharff vertheidigt:
 quod etiam virtutes interiores, imo bonum propositum bonis
 operibus proprie loquendo, & ex phraſt Spiritus S. accensiſi debeant.
 Es haben auch CHEMNITIUS in Examine G.T. Part. I. pag.
 155. und aus demselben Spenerus in der Euangelischen Glaubens-Ge-
 rechtigkeit pag. 733. seq. Waltherus de iustit. in haer. S. 14. und
 mehrere deutlich gezeigt, wie in dem Verſtande, um dadurch
 nur die Ordnung, welche GOTT braucht, wann er will den Men-
 schen zur Rechtfertigung führen, ohne Absicht auf einige Würdigkeit
 und Verdienſt anzudeuten, ſolche Praeparationes oder Vorbereitun-
 gen zu der Rechtfertigung nicht zu verwerffen, auch dieserwegen de-
 nen Päbtern kein Streit zu erregen. Sind nun bei dem Glauben, wen-
 er gerecht macht, keine aeußerliche gute Werke, und zwar noth-
 wendig verbanden; ſo ſehe ich doch nicht, wie dergleichen innere
 und von dem Geiſt Gottes in der Seelen erweckte Regungen und Be-
 wegungen alsdann gänzlich davon abzuſondern; welche nemlich, ſoll
 der Glaube rechter Art, und nicht tott und erdichtet ſeyn, zu dessen
 unzertrennlichen Eigenschaft als ein necessarium requisitum und ad-
 iunctum, oder conne Xu m inseparabile, iedoch ohne einzigen Einflus
 in die Rechtfertigung ſelbst, obnſtreitig gehören, pag. 144. seq. tra-
 Etath,

23.

statu, quem vir magnificus inscrisit : abgenoethigte Vertheidigung un*l* Rettung der Euangelschen und Lutherischen Wahrheit. Videlis & pag. 147. 168. 180. 184. 239. ibidem.

Ac de impletione quidem legis ita Patriarcha egit, vt, quum ad perfectionem hominibus, qui Christo nomen dedere, contendendum esse censeret, non vrgeat legis impletionem perfectam, alioqui non adieciſſet *te pro viribus & quantum fieri posſit*. Neque vero romanenses inter atque protestantes disceptatur, vtrum acceptis gratiae viribus lex impleri queat ; verum de eo, an perfecte impleri possit. Iam dudum MART. CHEMNITIUS monuit ; remouendas esse calumnias, vt status quæſtionis recte constituatur. Non enim docemus, impletionem legis ita esse impoffiblem, vt, qui per ſpiritum renovationis renati ſunt, nec poſſint nec debeant in hac vita inchoare obedientiam legis. quæſtio eſt, an ſcilicet *PERFECTA IMPLETIONE* legi divinæ plene & cumulate ita ſatisfaciant, vt lex diuina non habeat, quod in illis bonis renatorum operibus in hac vita accuſare & damnare poſſit, ſi DEUS in iudicium cum iſpis, ſine venia & remiſſione, intrare vellet, examine C. T. de bonis Oper. quæſt. Hinc p̄aeclare BUDDEUS, magnus Magni CHEMNITII aestimator, docuit: in regenit is non minus DEI beneficium eſſe, quod eos regenerauit, quam quod eos creauit. Regenerauit enim eos hunc ipsum in finem, vt nouis gratiæ viribus instructi, legem DEI seruare poſſint, institutionibus theol. mōral. Part. II. cap. II. §. IX.* Quocirca falluntur turpiter etiam

H Ie-

In eandem penitus abeunt ſententiam pii Confessores, ita enim, hic obiiciunt adulterarii; Si vi in vitam ingredi, ſeruam mandata. Item; Factores legis iuſtificabuntur & alia multa ſimilia de lege, & operibus, ad quae, prius quam respondemus, dicendum eſt, quid nos de dilectione, & impletione legis ſentiamus. Scriptum eſt apud Prophetam: dabo legem meam in corda eorum & Rom. III, ait Paulus: legem faciliiri, non aboleri per ſilem. Hae ſententiae & ſimiles teſtantur, quod oporteat legem in nobis inchoari, & magis magisque fieri. Postquam fide iuſtificati & renati ſumus, incipimus DEUM timere, diligere, petere, & exspectare ab eo auxilium, grates agere & praedicare, & obedire in adiutoriis. Incipimus & diligere proximos, quia corda habent spirituales motus. Profitemurigitur, quod neceſſe ſit inchoari in nobis, & subinde magis ma-

2

32

Iesuitae Thorunienses, qui, vt acta tumultus, ab iisdem nuper excitati, ostendunt, temere criminabantur Luthe ranos solam fidem crepare & adserere, legem diuinam imple ri non posse. Falsissimum enim id commentum esse, vel ex hisce allatis liquet & libri ecclesiae nostrae symbolici fidei dignitatem, pariterque vsum legis genuinum inuictis argumentis adseruerunt. Quam in rem multa adducit documenta Vir, quum ob merita sua in ecclesiam, tum propter aetatem maxime venerabilis, JOACH. JUST. BREITHAUPT, in tractatione theologica de perfectione partium. item celeberrimus D. JOANN. CASPAR HAFERUNGIVS, edito libello: die ubralte Lehre der Wittenberger, und anderer GOTTES Gelehrten, dass ein Wiedergebohrner GOTTES Gebote halten koenne, Vitembergac, 1729.

Quod ad expiationem peccatorum, vel satisfactio nem adtinet, vsitatum erat in veteri ecclesia, vt illis, qui in crimina grauiora prolapsi erant, praestationes quaedam

mo-

magisque fieri legem. In apolog. A. C. pag. 83. seqq. vnde & profluxisse videntur, quae URBANUS REGIUS olim prodidit, quod Christus meruerit nobis Spiritum sanctum - per quem incipimus in nobis etiam iegem implere, tr. cit. pag. in 83. seq.

* Revocata est iterum in controversiam doctrina haec de legis diuina obseruatione, & quidem occasione sermonis sacri, quem pro rostris in eam materiam dixerat celeberrimus D. HAFERUNGIVS. Namque WERAS DORFWS d. m. illico duas ei conciones cposuit, agentes de reprobis hypocritis, ac de vita coelesti fidelium in terris inscribuntur autem: Von verworffnen Heuchler vnd von goettlichem Leben in dieser Welt, in praeftatione quidem videri voluit auctor, sermones istos in alios homines factiosos, qui diuinae legis impletionem nimis vrgerent, se inslittuisse. Sed vero, si fidem meretur scriptum illud: Kurtze vnd zur Erleuterung dienende Anmerckungen, ueber eine vom H. D. Gottlieb Wernsdorff vor z. wen von ihm neulich heraus gegebenen Predigten gesetzte Vorrede vix quemquam alium, quam D. HAFERUNGUM illae feriebant conciones; quippe qui paullo antea eiusmodi publice materiam tractauerat. Itaque necessitate coactum, collectionem isthanc testimoniorum edidisse D. Haferung ium, in proliui est colligere. Caeterum quae in BVDEO WALCHIANA introductione ad controversias ea de re memorantur, non poterunt non mouere lectori admirationem, videlicet. II, pag. 1021. seqq.

23.

molestae, dum publicam poenitentiam subibant, impo-
nerentur iis, qui fidem Christianam abnegauerant, aut
idolis lacra fecerant, aut eiusmodi quid admiserant, stan-
dum erat in certo quodam loco, & ab eo quidem, in quo
coetus fidelium fuit, aliquantum seiuuncto; tum alia poeni-
tentiae signa, vel cibo, potu; vel vestitu, gestibus, ge-
mitu, lamentis, aliaque ratione edebant, ut ex *TERTUL-
LIANI libro de poenitentia*, *EUSEBIO*, histor. eccles. Lib. V.
cap. XXVIII. aliisque constat, quas quidem castigationes
publicas Graeci ἐπιτίμια & τιμωρίας, hoc est, mulctas poenas
vocabant; Latini autem satisfactiones, non eo quidem sen-
su, ac si Deo hac ratione satisficeret, sed tantum ecclesiae,
quemadmodum ipse *AUGUSTINUS* hoc luculenter
explicat, in *enchorio ad Laurentium*, cap. LXV.

2

Verum haec loquendi ratio palliandis tegendisque er-
roribus, qui deinceps in ecclesia Romana irrepererunt, in-
seruire debuit. etenim, cum olim castigationes, ex disci-
plina ecclesiastica impositae, satisfactionum nomine venirent,
temporis successu facile error inualuit, posse earatione ho-
mines aliquid praestare, quo Deo ipsi satisfiat. dein ipsam
quoque poenitentiam in eiusmodi satisfactionibus consti-
tuerunt. Eoque facilius error iste in romana ecclesia obti-
nuit, quod vox latina *poenitentia*, qua μετάνοια vulgatus in-
terpres exprimere volebat, in eam imperitos inducere op-
inionem possit, quasi poenitentia in poenae cuiusdam con-
sisteret persolutione. Cui prauae opinioni maiores nostri
se omnino opposuerunt, errorem scholasticorum fortiter
refellentes, maxime in *apologia A.C.* pag. 188. seqq. igitur, dum
Tubingenses idem heic, Graecos, quod Romanenses fin-
gunt, statuere existimant, nihil mirandum est, eos vel ad
leuem *expiationis* mentionem, quam iniecerat Patriarcha,
velut adtonitos stupuisse, eamque, quum ad normam sym-
bolorum explicare debuissent, reieciisse penitus, & tam-
quam erroneam fuisse detestatos. Verum enim vero verba
Patriarchae, quae ad §. X. adtulimus diligentius expensa,
tantum abeunt, ut errori Romanensium adstipulentur, ut
eum potius eneruent, detestentur, ac prorsus iugulent.

H 2

Quae,

32

Quae, sicut verbis apologiae , dicto loco , conferantur, mox a linea quarta decima , maxime inter se deprehendentur congruere. quid enim aliud Patriarcha innuit , quam quod confessores nostri voluerent quum aiunt. Nos dicimus, quod poenitentiam , hoc est , conuersionem , seu regenerationem , boni fructus , bona opera in omni vita sequi debeant. Nec potest esse vera conuersio , aut vera contritio , vbi non sequuntur mortificationes carnis , & boni fructus . Veri terrores , veri dolores animi , non patiuntur corpus indulgere voluptatibus , & vera fides non est ingrata Deo , nec contemnit mandata Dei. Denique nulla est interior poenitentia , nisi foris pariat etiam castigationes carnis. atque ita etiam JO. CONRADUS DAN-HAWERUS docet peccata infirmitatis eluenda esse iugis poenitentia , depreciationis , mundationis , correctionis admissae gymnasia comitata , theologiae conscientiariae Tomo II. pag. m.F. 238. nihil prorsus in hoc capite errare Graecos , aliis quoque obseruatum est. Neque enim FRIDERICUS SPANHEMIUS , qui caetero-quin controversias cum Graecis diligenter recensuit , huius quidquam meminit , quin potius ingenue fatetur , quod , quae illi quandoque tradunt , atque in iis JEREMIAS PATRIAR-CHA , in actis cum Witenbergensibus , de viribus Lib. Arbitrii ad electio-nem boni , quod gratia perficiat ; de eorum nostrorum dignitate , quae adtrahat gratiam ; non haec certe alio spectent , ex additis Graecorum declarationibus , quam ut negent libertatem Arbitrii euerti DEI gratia , vtque necessitatem bonorum operum adstruant , fidemque dicit τῶν αἰγαθῶν ἐργῶν μαρτυρεύεντων , in elenco controversialium , pag. 488. edit. Basil. idemque porro sua epicrisi confirmat CASPAR NEUMANNUS , theologus quondam Vratislaviensis multo celeberrimus , ita enim de iis iudicat : Videri illos in articulis fidei principalioribus fundamentaliter non errare . si modo commoda corum interpretationes ubique admiseris. Ritus tamen eorum in multis non sunt probandi ; & forte id etiam corrident , si meliori informatione frui ipsis liceret , in Trutina religionum , Par II. cap. I. pag. 114.

Haec autem , quae obseruavimus hactenus , non eo proferuntur , vt cuiquam aegre faciamus ; tantum vero abest , vt piis illorum manibus , qui homines graecos de nostra religione melius informare conabantur , illudamus.

mini-

23

minimum enim in fatis Conf. Augustanae recensendis, dis-
simulandum non erat; eos, si haec fidei dogmata ex aliis
libris ecclesiae symbolicis explanassent, plurima utique eu-
tatuos fuissent, quae graeci in nostra confessione non pote-
rant non in dubium vocare.

§. XIII.

Fuisse quosdam aequiores in A.C. reformatae eccl-
esiae doctores, quam in *apologiam* eius, aut, quae eidem ad-
nexa est, *Formulum Concordiae*, stricte sic dictam, scripta eo-
rum passim ostendunt. placet autem trigam ex his, sed
principios tantum, atque aetate distinctos ad ius vocare,
uti pro testimonio dicant. Certe *CALUINUS ipse*, cui
JOSEPHUS SCALIGER post apostolorum tempora
parem neminem existitisse dixerat, de A. C. mitius subin-
de videtur sensisse. inter alia enim, *ego*, inquit, *siquis alius*,
veram & sinceram confessionem expeto quam modo Deus ipse suo ver-
bo sanciat. nec vero A. C. repudio, cui pridem volens ac libens sub-
scripti, sicuti eam auctor ipse interpretatus est, in epist. quadam pag.
182. edit. Genevens. quae prodiit a. 1576. verum progressu tem-
poris multo durior, atque longe diuersam ab his pronun-
ciavit de ea sententiam. Mox enim faciem Lutherorum fu-
riæ ad excitandum incendium, quo conflagret tota Gallia,
illam adpellitat; mox breuem & obscuram, & maximi mo-
menti capitibus mutilam criminatur. Cur vero furia fac-
iem nominaverit, non alias ei fuissent causas, quam quod
per hanc a sociis eius se exclusum videret, verissimum est.
breuem ac mutilam obiicit, quasi parum memor eorum,
quae in epilogo A. C. exstant. Enimvero fatentur ipsi-
me pii confessores nostri, eos esse principios artieulos, qui vi-
dentur habere controversiam, pag. 45. obscuritates dum arguit
A. C. loquitur contra solem. Neque, enim tam obscura
est, quin quaerendo inuestigari possit. Quid, quod cum
prælecta esset confessio, Caesare ipso, ad duas horas inte-
gras attente auscultante, *Episcopus Augustanus paullo post in pri-
uato Colloquio in haec verba erupisse feratur: illa quae recitata sunt,*
vera sunt, sunt pura puta veritas, quam nos inficiari non possumus.

Cuius

2

32

Cuiusmodi exempla videre est apud *MYLIUM* in epist. dedicat. explicationi A. C. praemissa; & *COELESTINUM* historia Comitiorum Augustanorum, tom. III. & vero, ita perspicua est Confessio nostra, ut eam infirmare nulla hominum ingenia potuerint, verum ex *CALVINO* non aequa heic facile, quam ex hoste veritatem elicueris. Nequeaequior in A. C. erat, *JOANNES COCCEIUS*, caeteroquin diligens scripturarum indagator; namque, dum hosce, qui ei addicti sunt, subinde perstringit, eam ipsam haud leuiter reprehendit; fac, ea confessione, inquiens, *meram veritatem contineri*, attamen hominum dispositio est. Nonne satis erat verbum Dei legem religionis dici? *Quid pecco*, si A. C. non intelligo, aut ignoro; si cum fratribus in uno loco verbum Dei teneo, vt unicum & solidum ac perfectum Dei testimonium; si Iesum Christum confiteor, fundamentum teneo, legem foederis habeo, quae inde didici, modeste demonstro, nullam veritatem abnego; aliud fundamentum propriæ opinionis non pono? At verbum Dei ab indocilibus torquetur 2 Pet. III, 16. hoc si in verbo Dei euenit, in confessione non eueniet? Atqui etiamnum de Confessione litigatur, qui melius confessionem adsequuntur? ex mente eorum, qui scripserunt & obtulerunt, iudicandum dices. Verum nec sic concordia est. *Philippus enim* scripsit & declarauit. *Cuius sententia non omnibus placuit*, qui obtulerunt. Neque conuenit, meam interpretationem ac sententiam alienae conscientiae legem facere, & mea voba adprobanda praescribere. Docendum est, quod dicimus, non imperandum. *Sola verba Christi & pracepta imperanda sunt u. t. & O.* tom. II. ad cap. VIII. *Cantici Canticorum* 8.446. paullo ante vero prorsus improbavit consilium Protestantium, quasi plus aequo gratiae Pontificiorum tributum esset, quod pax ad A. C. ita adstricta sit, vt, qui ei per omnia non subscriberent, pacem non haberent relligioni concessam. Verum, si tempus resque fratrum evangeliorum, quo illae quidem loco tum fuerint, expenderimus penitus, vtique graues iis fuisse caussas, quamobrem pacem ea cum conditione acceptarint, deprehendemus. *Enim uero*, praeter aduersariorum calumnias, easque atrocissimas, quies nostros lacebant, vti ad §. I. & II. *bnius Capitis ob-*

obseruavimus, domestica etiam mala exagitabant ecclesi-
 am. Iis itaque depellendis vt consuleretur, mox Suoban-
 censi conuentu, qui proxime Augustana praecedebat co-
 mitia, XVII. articuli de quibus antea dictum, a statibus e-
 uangelicis fuere propositi; atque ea quidem cum condi-
 tione, vt, qui eos non admitterent, a foedere eorum peni-
 tus excluderentur. Quae autem COCCETUS in A.C. ta-
 taxat, ea ita sunt comparata, vt cum his, quae viri quidam,
 ecclesiae nostrae domestici, in eam grauius dixerint, pror-
 sus conspirent. Igitur ad haec eidem, quum de istorum
 querelis, aut potius criminacionibus agemus, quod quidem
 capite sequenti exsequi constitutum est, non minus, quam
 pro re nata, respondebitur. Interim hec ei oppido JACO-
 BUM BASNAGIUM, itidem ecclesiae reformatae theolo-
 gum, magis ex aequo & bono iudicantem de A.C. opponi-
 mus, fatetur enim ingenue, inter omnes recentiores fidei
 confessiones maxime solennem esse Augustanam; quippe
 quae prima prodiit, subjiciens neque quidquam mirandum,
 quod non melius mox sub initium, quam ei adornandae manus impone-
 rentur, digesta fuerit. Conscripta illa est in summa omnium rerum
 conuertstone, sine libris, sine auxilio & tempore, quod necessario ad ex-
 pendendum ea, quae proferenda erant, requirebatur. Et vero, qui
 in ea adornanda laborarunt, fuerunt homines nati eductique in sinu
 papismi, quique de tenebris exierant, tum primum naucti visum, quasi
 ille coecus, quem Christus praeter naturae vim, ac plane diuinitus sa-
 nauit. Itaque mirum nemini deberet videri quod non omnia statim
 mysteria perfecte satis distinguere potuerint, quippe quae natura pro-
 funda sunt & lumini nostro imperuia. nihil tamen minus ex Melden-
 sum EPISCOPI obiectionibus, Bosluetum innuit, facile colligas,
 Augustanam Confessionem specimen esse, aut si maius, opus multo per-
 fectius, quam quod potuisset exspectari. Tam religiose de A.C.
 iudicauit BASNAGIUS * quamquam nec plures desint, qui
 aequi

* Initio quidem videtur contemnere, quod alii itidem faciunt, confessionem
 A. in summa omnium rerum perturbatione adornatam esse, quin eti-
 am magna festinatione & quacalia eiusdem commatis sunt; interim,
 dum

aeque sine odio, sine inuidia fateantur, quod res est. **
 Verum cum alii viri clarissimi nobis hec suaue fecerint otium, in his desinendum erat, & ad postremam instituti nostri partem, quae sola etiam disserturo suffecisse videri poterat, properandum.

Exercit.

dum ad vindicationem eius sese accingit, fatetur ingenuus, que l'étoit un coup d'essai, ou plusôt un ouvrage beaucoup plus parfait, qu'on s'auroit dû l'attendre. Quod autem verba *BASNAGII* interpretati simus, factum est, non quadam πολυγλωττιας ostentatione sed quia vtitur lingua non omnibus aeque litterarum cultoribus intellecta. Caeterum, cui voluerit ipsum loquentem audire, adeat eius insigne opus: *Histoire de l'Eglise* inscriptum, tom. II, livr. XXVI, ch. II, pag. 112, scq. edid. Roterod. 1699 ac, ne quod dubium ex verbis eius citatis lectori oriatur, omnino confer. quae ad §. I. & II. istius capituli dicta sunt. Qui enim historiam ipsam & rerum gestarum ordinem memoria tenet non poterit non eiusmodi commenta aduersariorum, quibus A. Confessio contra ius fasque, & omnem rei gestae fidem cumulatur, & ridere, & detestari.


* De vario subinde ob rationes politicas reformatorum in Aug. Confessionem animo, nuper admodum egit, quem ante laudavimus, D. PHILIPP. FRIDERICUS HANE, in commentatione academica ē CHRISTIAN. AUGUSTUS SALIGIUS, V. C. in historia A. C. passim.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn861921909/phys_0037](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861921909/phys_0037)

DFG



erens, quod ista utriusque rei *ἰσοσαθμία*
ierit commendabilis, facile colligimus e
i illo, quo Deus ipsos dignatus est, com
In hoc enim, per crebriorem θεοφανίαν illu
major efflorescebat erga Deum *fides*, quo
istius familiaritatis gratia. Ab ista autem
in una cum sanctimonia, quamē justum fi
cium requirit, abfuisse, satis cognita & ab
comprobata ipsorum integritas ut suspi
bis haud permittit. Qui istius elogii, quo
הַתְהִלֵּת אֶת רֹא ambulare cum seu coram
ur Gen. V, 22. 24. c. VI, 9. c. XVII, 1. em
mediocriter tantum perspicit, is sane
fidelitatem tam arcte deprehendit jun
hil & arctius & aptius cohærere possit.
a prophetica unum tantum atque alterum
ducturus cōmendo meditationem in au
davidis Ps. II, ii. *Exultate cum tremore, freuet
ttern: & istud Jesaiæ, seu apud ipsum ipsius
XLV, 24. Omnis lingua jurabit, dicens, in Je
re justitiam & robur.*
id exultationem est evangelica, *fidem*, seu fi
e filiorum est erga Deum, & quæ redemi
erga redemptorem Messiam, accendens &
ista vero ut in justo ac demissio sese officio
eidem adjungitur *tremor*, quem regia re
majestas iis, qui paupertatis suæ spiritualis
ignitatis sensu premuntur, incutit; at ita
s, ut, pro adjuncto gaudii spiritualis privi
um non dejiciat, sed tantum ad demissam
fide-

